



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 108. Inventio Corporis S. Thomæ Apostoli.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

luculentis comprobaret argumentis, se- **Sæcul. XVI.**
que semper illius jura, quamdiu Dei le- **A.C. 1523.**
gibus consona forent, toto studio pro-
curaturum.

Die vigesima sexta Novembris Cle- *Ciacon. pag.*
mens a Marco Cornaro S. R. Ecclesiae *445. & Ol-*
Archi-Diacono coronabatur. Sub pri- *dorii in ad-*
mis Pontificatus sui auspiciis Ecclesia- *dit Ciacon.*
stica ditio ingenti tranquillitate frueba- *p. 458.*
tur; quippe Ferrariæ Dux, qui sede va-
cante Reggium recuperaverat, simul
que Mutinam rursum sibi subjicere nite-
batur, comperta electione Cardinalis
Julii Medicæi, quem plurimi habebat.
Ferrariam rediit, armaque posuit. Præ-
terea in toto Ecclesiastici Status ambitu
nullus vel minimas ciere turbas audie-
batur. Verum non eadem felicitatis
constantia posterioribus arrisit temporis-
bus, vixque ullus summorum Pontifi-
cum recenseri valet, qui gravioribus un-
dique tumultibus agitatus fuit.

§. CVIII.

Inventio corporis S. Thomæ Apostoli.

Sub Prædecessoris sui Pontificatu hoc
anno Domini millesimo quingentesi-
mo vigesimo tertio Lusitani (ut fertur)
Meliaporæ, maritima urbe Orientem ver-
sus in Indiis sita, corpus S. Thomæ A-
postoli repererunt: Cum enim iidem jam
Hist. Eccles. Tom. XXXIV. Aa antea

Sacul. XVI. antea quamdam inscriptionem inveni-
A.G. 1523. sent, quæ hunc Apostolum ad pedem
 cujusdam Crucis, quam in eadem civi-
 tate erexerat, lancea perfoßum fuisse te-
 stabatur, Joannes III. Lusitaniæ Rex
 Eduardo Mnesati in Indiis Pro-Regi ne-
 gotium dedit, ut in sacrum hoc corpus
 inquireret. Eduardus Emanuelis Friæ
 industriam selegit, qui etiam sub anti-
 quæ urbis Meliaporanæ ruderibus in quo-
 dam Sacello ab eodem Apostolo, ut fe-
 rebant incolæ, extructo, hujus Sancti
 corpus reperit.

Referunt Historici, quod inventum
 illud fuerit, alte defoſsum in arca lapi-
 dea unacum cuspide de lancea, qua mar-
 tyrium consummavit, præter quam eti-
 am ibi reperiebatur vas fictile & frustum
 baculi, quo viatores utuntur. Insuper
 inventa quoque fuere corpora Sagami
 Regis a S. Thoma ad fidem conversi, &
 alterius Discipuli. Hujus inventionis
 felicitate animatus Lusitaniæ Rex Me-
 liaporam, quam post hæc S. Thomæ
 urbem vocari voluit, reædificari jussit.
 Paulo post tam S. Apostoli, quam Saga-
 mi Regis corpora Goam, quæ Metropolis
 est versus Occidentalem plagam ad Pen-
 insulam sita, fuere delata, ubi hæ sa-
 cræ Reliquiæ hodiedum in Ecclesia huic
 Sancto nuncupata ingenti populorum
 Religione] affervari dicuntur.

§. CIX.

Maffee hist.**Ind. l. 8.****Kircher****Chin. illust.****p. 91.****Turzelin. vi-****ta Xaver. l.****¶ c. 14.****Baron. an.****286. n. 5.****Spond. ann.****1523. n. 23.****Baillet. vie****de S. Thom.****¶ 3. p. 250.**